



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gnoti Seautón, Sive Arnoldi Geulincs Ethica

Geulincx, Arnold

Lugd. Batav., MDCLXXV

VII. Quando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48728](#)

tam serio , tam cordate , quam cum
maxime.

Syncera etiam debet esse actio boni vi-
ri , id est , non aliter exterius exhibita ,
quam intus ab ipso concepta : nulla enim
Ratio est , cur aliquid simulet , quando-
quidem id quod agit sit optimum , nec ho-
minibus placere studeat , sed tantum Deo
& Rationi obedire . Nihilominus hic
subinde opus est discretione , & etiam
si nihil simulet vir bonus , quædam ta-
men celat & silentio premit : etiamsi nun-
quam aliorum nequitiae consentiat , sæpe
tamen eam non reprehendit , & nec dicto
nec facto contravenit ; quo casu quidem
imprudentioribus sierte ac dissimulanter fa-
cere vir bonus videtur ; sed errant hi : &
longe aliud est , celare veritatem , aliud
mentiri : item aliud cooperari nequitiae
alicujus , aliud non contravenire , ut pau-
lo infra , ubi de discretione .

VII. QUANDO.

Hæc particula significat tempus , quo
actio exercenda est . Symbolum .

**DELIBERANDUM EST DIU EXE-
QUENDUM CITO.**

Quo monetur non agere , nisi post ma-
turam

turam deliberationem , qua actionem e-
jusque circumstantias circumspecte per-
penderimus : in ipsâ vero actione , quam
post maturam deliberationem exercemus ,
non hæreamus , non interpellamus illam
parergis , sed uno & continuo ductu perdu-
camus cito & sedulo ad finem : cuius Ra-
tio satis patet ex principiis nostris Ethicis .

§. 2. *Providentia.*

Ex circumspectione naturaliter conse-
quitur Providentia : cum enim dili-
genter consideramus circumstantias actio-
nis exercendæ (quod circumspectionis Of-
ficium est) facile enim videmus , quod ex
actione nostra , tum circa nos ipsos , tum
circa alios homines emanare possit : (quod
Providentiæ munus est .)

Inter Providentiæ partes facile prima
est cavere Scandalon . *Scandalon* vero non
est aliud , quam occasio peccandi sumpta
ex alterius alicuius actione : ut si alicui
convitium facias , ille vero inde irritatus
& excandescens aliis te adoriat , ad ma-
nus & ferrum veniat : hic illa tua actio ,
qua convitium fecisti , Scandalon est .

Scandalon dividitur in datum & acce-
ptum . (Theologi illud infirmorum , hot
vero